



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

III. Elf Kardinäle verschreiben den Parochialkirchen in Berlin einen Ablaß,
am 4. Januar 1292.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](#)

potuimus in eisdem, ecclesie Parochiali in Colne libere et voluntarie damus, nihil nobis aut nostris heredibus juris in eis obtinendo, dotantes pretactos duos choros filiginis ad eandem ecclesiam perpetuis temporibus possidendos; Ita tamen, quod plebanus vel prepositus, qui pro tempore eandem rexerit ecclesiam et predictam filiginem jure Parochiali possidere debuerit, singulis diebus anni cuiuslibet, ad unam missam in summa mane five diluculo dicendam, per predictorum duorum chororum filiginis perceptionem, ex nunc perenniter fit astrictus, super qua dicenda presens plebanus dominus Joannes, Prepositus in Berlin, dilectus noster Capellanus, se astrinxit et predictos duos choros filiginis etiam a suis successoribus percipiendos, pro eadem acceptavit. — Ut autem predicta nostra donatio firmitatem debitam obtineat et a nostris heredibus inviolabilis perseveret, neenon ut plebanus, cui predictam ecclesiam regere pro tempore contingat, ad prefatam missam dicendam et decenter observandam suis temporibus jugiter fit astrictus, presens scriptum in evidens et lucens testimonium confici et sigillis nostris appendentibus iussimus communiri, presentibus testibus infra nominatis, Venerabili patre nostro in Christo, Domino Geuehardo, Episcopo Brandenburgensi, et Domino Waltero de Barboy, Rutheninge, Nicolao de Caulestorp, Advocato nostro in Spandow, et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et Datum Berlin, Anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, quarto Nonas Januarii.

Gebr. in Reinbed's Brennender Petriturm S. 25 und Klüster a. a. D. IV, 495.

III. Elf Kardinäle verschreiben den Parochialkirchen in Berlin einen Ablass, am 4. Januar 1292.

Anno domini millesimo duecentesimo nonagesimo secundo, tempore Nicolai Pape quinti, undicim Episcopi quilibet eorum dedit ad Ecclesiam St. Nicolai et St. Marie virginis, in festis nativitatis, Resurrectionis et Ascensionis domini nostri Jesu Christi atque Pentecostes, in quatuor festiuitatibus glorioissime virginis Marie, in diebus Patronorum et dedicacionis Ecclesie, sancti Michaelis, Beatorum Johannis Baptiste et Johannis Evangeliste, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, Beati Laurentii Martyris, Beatorum Martini et Nicolai Confessorum, Beati Catharine virginis, omnium Sanctorum et in commemoratione animarum, quadraginta dies indulgentiarum etc.

Mitgetheilt bei Klüster II, 220.